



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Bonaventurae Episcopi Cardinalis Albanensis,
Seraph. Doctoris Ecclesiae, Speculum Disciplinae, Et
Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi**

**Bernardus <de Bessa>
Bonaventura <Heiliger>**

Antverpiæ, 1591

De tentationibus deutorum. Cap. LXXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53148](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53148)

ditur in seipso: sicut seculares plus confunduntur si in Pascha non communicant, cum solitum est communicare ceteros, quam toto reliquo tempore anni. Secunda est purgatio peccati: quia forte per alia exercitia minus purgatus est, vel aliqua habet delicta que non recolat: & ut dignius accedat ad Eucharistiam, & amplius purgetur a peccatis; & in hoc punitur in quo magis dolet; & quo dolor grauior, eo purgatio efficacior: & maxime, quia forte alio tempore minus studiosè quæsiuit deuotionis gratiam, vel oblatam negligentius recepit, nec dignas pro ea gratias retulit. Punitur modo in quo peccauit, ut tunc illa careat gratia, cum eam desiderat, quã ante eam neglexit cum habere poterat, & cauior de cetero in hac parte fiat. Tertia, ut ex hoc eruditior in gratia fiat, quod à Deo sit, non ab homine: cum non potest eam homo pro voluntate habere sui arbitrij: sed Deus qui dat ex se, quãdo vult infundit, quãdo vult subtrahit, prout sibi placet, & prout accipienti iudicat conuenire. Item, quia ex gratia sua dat, non pro meritis hominis: quia si daret semper cum quæritur, & non daret nisi quæreretur, putaretur iam tantum dare secundum merita requirentium, & non secundum gratiæ liberalitatem: ideo quandoque studiosè quærentibus negatur ex iustitia, & non quærentibus quandoque datur ex gratia.

De tentationibus deuotorum.

CAP. LXXVII.

DVÆ sunt enim tentationes deuotorum Deuotosã
 satis consuetae, maxime nouis & imper- tentationes
 fectis, hæsitatio & elatio. Hæsitant enim sæpè dux hæsi-
 an à Deo talis sit gratia, vel homo per se istos tatio &
elatio.

B b

motus

motus suo conatu procuret. & est satis impo-
 rtuna tentatio. Aliquando etiam videtur ho-
 mini quòd fortè possit esse dæmonis illusio, &
 fit perplexior: quòd quandoque studium de-
 uotionis cogitat omnino postponere, & sim-
 pliciter vocalibus orationibus, & actionibus
 solùm intentus esse; quasi in illis sit securior,
 quàm in studio internæ deuotionis, & hoc
 præcipuè patitur eùm deuotionis gratia sibi
 subtrahitur, & sic dupliciter tribulatur. s. de
 subtractione gratiæ, & de hæsitatione si fue-
 rit à Deo gratia quam habebat. Sic discipuli
 ante plenam Spiritus sancti missionem sapè
 vacillabant in fide Christi; dum modò visis
 eius miraculis & excellenti doctrina crede-
 bant eum esse verum Dei filium: modò visis
 eius passionibus pro nobis susceptis, tituban-
 tes hæsitabant, sicut eo passo, antequam certi
 essent de eius resurrectione, inter se dicebant,
 Nos autem sperabamus quia ipse esset re-
 dempturus Israël. quasi dicerent, Ab hac spe
 frustrati sumus. Sic & post resurrectionem
 suam, viso eo gaudebant & dubitabant, donec
 per multa argumenta de veritate eius certifi-
 cati sunt, maximè post ascensionem eius, &
 sancti Spiritus emissionem. Ita & deuoti Chri-
 sti fideles modò gaudent de consolatione in-
 ternæ gratiæ, modò dubitant & tristantur:
 imò variè operatur in eis Spiritus sanctus, nūc
 illo modo, postea alio modo. Iam infundit eis
 consolationem, & iam subtrahit: donec pluri-
 bus iudiciis experiri veritatē & vtilitatem suæ
 visitationis, præsentē gratia gaudent de con-
 solatione, & secari sunt de veritate, absente ea
 vtriusque muneris solatio earent. Sapiens au-
 tem in die malorum non immemor studet es-
 se bonorum; quorum recordatio reuocat eum
 à pusillanimitate spiritus & tempestate. Et hoc
 valet

Luc. 24, 21.

Eccles. 11, 27.

valet contra primam illam tentationem hæsi-
tationis. Rursum in die bonorū nō immemor
studet esse malorum, per quæ humilietur, &
timore ab elationis tumore comprimatur: &
sic secunda tentatio sanatur. Extolluntur enim
deuoti quadrupliciter; quia aut gloriantur se
deuotionis gratiam præcedentibus studiis &
laboribus meruisse, aut præ cæteris qui hanc
gratiam nō videntur habere, se à Deo dilectos
esse, aut maiorem gratiā sibi esse datam quā
sit in veritate, aut se melius ea scire vti, & gra-
tiosius recipere, & fructuosius impendere, &
minus negligere quā alij qui simile donum
gratiæ acceperunt. Contra priorem tentatio-
nem hæsitationis valet constans fiducia cre-
dulitatis, quod à Deo sit illa gratia, & diligens
consideratio gratiæ ipsius, si semper sit motus
eius ad bonum tantum, & humilis consultatio
super illa apud aliquem peritum & exercita-
tum in talibus, & prōpta voluntas acquiescen-
di qualiter in gratia debeat se habere, & sup-
plex oratio ad Deum, ne permittat hominem
decipi à sensu proprio vel spiritu alieno. Con-
tra alteram tentationem elationis valet dili-
gens cognitio propriæ indignitatis, & torporis
& negligentia, & ingratitude, & inanis glo-
riæ, & timida expectatio reddendæ rationis de
gratia collata & neglecta, & puida suspicatio
subtrahendæ gratiæ & derelictionis à Deo,
propter vitia prænotata, iam diu causa corre-
ctionis tolerata & non emendata, & studiosa
consideratio aliorum qui in gratia, in virtuti-
bus, in orationibus, & studiis bonis incompa-
rabiliter eos præcellunt. Quarta ratio negatæ
deuotionis, cum quandoque studiosius quaeri-
tur, quia aliquando ex impetuoso cordis con-
atu libertas mētis obruitur, dum quasi per vio-
lentam extorsionem accelerat deuotionis affe-

Elatio de-
uorum
tentatio
altera.

Contra
hæsitatio-
nem reme-
dium.

Contra
elationem
remedium

Etum exprimere; & si non iuxta desiderium
 cordis statim potest elicere gratiam deuotionis
 quesitam, contristatur, & amplius ex hoc indu-
 ratur: & quo impetuosius cupit se ad deuotio-
 nem cogere, tanto minus proficit, & amplius
 arescit: sicut qui botros in torculari vel oliuas
 in prelo subito & nimis vehementer compri-
 mit, liquor magis turbidus & insipidus fluit,
 quam si paulatim & moderatius cōpressisset.
 Quo enim liberior, eo pinguior deuotionis
 affectus. Ideo alio tempore saepe est homo de-
 uotior: quia tūc spiritus suae libertati relictus,
 sponte se eleuat in sublime. Violenta namque
 acceleratio praefocat spiritum etiam in corpo-
 re. Morosa autem respiratio est cordis refrige-
 ratio. Quinta ratio potest esse meritum ma-
 ioris gratiae & gloriae, dum desiderium nō ad-
 impletum affligendo purgat animam, & pa-
 tientia desolationis & humilis sufferētia mœ-
 toris quasi lima reddit animam clariorem, &
 magis susceptibilem splendoris diuini & am-
 plioris gratiae & gloriae capacem. Lux enim
 vultus Dei & fulgor claritatis eius, omnibus
 aequaliter superfulget. Qui autem purior est
 & à vitio obscurante liberior, magis capax est
 lucis & illuminationis desuper influētis: sicut
 vitrum clarum vel metallum bene limatum &
 politum radios luminis amplius recipit, &
 splendidius efficitur. Quia igitur afflictio lima
 est animae quae rubiginem vitiorum abrasit,
 vt deterso peccato quod sua obscuritate radios
 diuini luminis & fulgoris velut obex ab anima
 excluderat, lucē gratiae recuperet, purgat Deus
 aliquando deuotorū corda per subtractionem
 illius consolationis, cuius carentia est eis ma-
 xima afflictio; vt sic purgati aptiores fiant
 abundantiori gratiae percipiendae in praesenti,
 & gloriae in futuro, etiam si hanc afflictionem
 spe-

Afflictio
 Lima ani-
 mae.

specialis culpa non contraxit. Si verò aliquis desiderat experiri, vtrum sit melius, sæpius an rarius corporis Christi suscipere Sacramentum, videtur mihi quòd non possit super hoc omnibus dari regula vniformis. Varia sunt hominum merita & diuersa operum studia, & differentia desideria, & multiplices Spiritus sancti operationes in singulis, & diuersi etiam status in religione. Et ideo sicut ægrotantibus non potest vna forma seruari in dandis medicinis corporis, propter diuersitates complexionum aut loci aut temporis, aut diætæ vel aliarum considerationum, pro quibus aut rarius, aut sæpius, aut maiori, aut minori quantitate, eadem medicina datur: ita & de medicina spirituali, quæ est corpus Christi, intelligendum. Mundanis enim curis occupati rarius possunt se ad illud recipiendum expedire, quàm illi qui tantum spiritualibus studiis sunt intenti: & alij magis & alij minus sunt circumspecti in custodia vitæ suæ & morû, & cõscientiæ suæ puritate. Alij etiã ardētiori desiderio trahuntur ad illius salutaris cibi perceptionē. Alij verò quodammodo terrentur cum deberent accedere: & nisi conscientia vrgeret, & consuetudo religionis induceret, vel timor maioris elongationis à Deo impelleret, valde raro accederent ad illud mirificum Sacramentum. Vix tamen aliquis ita religiosus esse videtur & sanctus, exceptis sacerdotibus, quin semel in septimana sufficiat ei ex consuetudine communicare, nisi specialis causa quandoque vel ratio plus suadeat, infirmitas superueniens, vel singulariter festiuitas solennis, vel inusitata deuotionis feruor, & intemperata desiderij sitis sit pro illius susceptione, qui solus sufficit amanti animæ ardorem refrigerare. Et quia talis ardoris impetus nõ nisi à Spiritu sancto,

Raro an
sæpe fit
commu-
nicandũ.

ut creditur, infunditur, ideo legibus humanæ
 consuetudinis & statutis mortalium non ar-
 ctatur: sicut aliquos quandoque vidimus, licet
 paucos, quibus vivere Christus erat: ita ut si
 non frequentius pane vitæ reficerentur sacra-
 mentaliter, quasi videbatur vita corporis iam
 velle deficere, patentibus indiciis hunc defe-
 ctum prodentibus. Et qui antè tam debiles
 erant, quòd nec incessum debitum habere po-
 terant, post susceptionem illius Sacramenti in-
 tantum confortabatur, quasi nullam antè sen-
 sissent debilitatem manifestè apparentem. Iu-
 xta illud: Caro mea verè est cibus, & sanguis
 meus verè est potus. Quia nullus cibus mate-
 rialis vel potus posset sic celeriter & efficaci-
 ter non solum corpus, sed etiam animam re-
 creare. Salubre tamen est & vrile, quòd homo
 sæpe se ad illius medicamenti susceptionem
 præparat, & quanto deuotius valet, illud perci-
 pere studeat, & post perceptionem in studio
 deuotionis se conseruet: attentius tamen reli-
 giosi & qui obtulerunt se Deo, sic enim erunt
 in maiori custodia vitæ suæ & conscientiæ,
 dum & ante & post Eucharistiæ perceptionē
 ob reuerentiam ipsius student magis innocen-
 ter viuere, & studio deuotionis frequentius
 intendere. Et licet quandoque repidè, tamen
 confidens de misericordia Dei, fiducialiter
 accedat: quia si se indignum reputat, cogitet
 quòd tanto magis æger necesse habet requirere
 medicum, quanto magis senserit se ægro-
 rum. Non enim est opus valentibus medicus,
 sed malè habentibus. Nec ideo quæris te iun-
 gere Christo ut tu eum sanctifices, sed ut tu
 sanctificeris ab illo. Nec propterea prætermittenda
 est sacra communio, si quandoque non
 sentit homo specialem deuotionis gratiam,
 cum se ad illam præparare studet, vel cum in
 ipsa

1007. 6, 55

1007. 9, 12

ipsa perceptione vel post fortè minus deuotū se sentit quàm uellet: quia ex aliqua supradictarum causarum ratione solet illud euenire. Circa sacerdotes autē potest hæc forma teneri, ^{sacerdotes nec cōtinuè, nec nimis rarò sacrificiis.} ut nec nimis rarò nec nimis cōtinuè celebrare, vel imprætermisè sacrā hostiam studeant immolare. Nimis enim cōtinuè celebrare aliquā uidetur notare irreuerentiā, cū vix aliquis tam deuotus sit, qui semper eadem deuotione ferueat, quòd semper cum debita reuerētia illud faciat, & cordis ardore, quin aliquādo reperiat quantulumcunq; quod eum impediāt. Nimis etiam rarò celebrare quāuis ex reuerentia aliquādo solet fieri & humilitate, tamē quandoq; torporem nutrit, quia minùs circumspectus est homo in omnibus, quasi nō indigere videatur sui custodia, cū nō proponit accedere ad mensam Christi. Humilitas etiā nō est vsquequaq; secura, quòd diu se subtrahat: quia sicut nō est dignus sæpe corpus Christi percipere, sic nec semel. Ideo eum nō recipimus quasi qui digni sumus: sed ut illo nos sæpe visitante & habitaculum cordis & corporis nostri subintrante magis ac magis digni efficiamur. Quò enim inroierit, Dominus benedicet: sicut olim domui Obed-edō benedixit propter arcam Dñi, in qua manna seruabatur. propter hoc uoluit Dauid eā reducere cū benedictione. Sap. Pro. ^{Sap. 3, 9} posui hanc adducere mihi, sciens, quoniā communicabit mecum de bonis suis. Quæ bona prætereo: quia in scripturæ pluribus locis inueniuntur.

De diuersis affectibus quibus trahimur ad communicandum. CAP. LXXVIII.

Diuersis autem affectionibus & intentionibus diuersi ad communicandum trahuntur vel ad celebrandum. Aliquos trahit amor

B b . 4

Dei,